

CAPITULUM VII.

QUOMODO LEX DEI IN OMNIUM
hominum cordibus scripta sit, ut sint
in die iudicij inexcusabiles.

Rom. 2. *Cum gentes quæ legem non
habent, naturaliter ea quæ legis
sunt faciunt, ostendunt opus legis
scriptum in cordibus ipsorum.*

CUM sumus Deus hominẽ ad ima-
ginẽ suam crearet, in perfecta ju-
stitia & sanctitate; illũq; omnis ge-
neris divinis virtutibus, quasi aliquod
artis specimen & opus inimitabile, or-
naret, accuratissimeq; elaboraret; tria
illius conscientie a deo firmiter infixit
atq; impressit, ut in æternũ deleri aut
eradi non possint. Primum est natura-
le testimonium de Deo. Secundum
notitia connata extremi iudicij Rom.
2. Tertium lex naturæ, sive naturalis
justitia per quam honesta inhonestaq;
vulgo discernuntur, tum gaudium &
tristitia conciliantur. Nulla enim un-
quam natio tam fera & barbara exti-
tit, quæ non agnosceret Deum aliquẽ
esse; arguente & evincente hoc natura
cum internis tum externis rationibus
quam

*Tres no-
titia a-
nima
implan-
tata.*

*Lumen
naturæ.*